

**Commentarivs Pavli Bernriedensis, Antiqvi Scriptoris, De  
Vita Gregorii VII. Pontif. Max.**

**Paulus <Bernriedensis>**

**Ingolstadii, 1610**

LIII. Quod B. VVicterpus Herlucam corripuerit, eiq[ue] pœnitentiam  
imposuerit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65381](#)

solatio destituere : quamuis eam , dum vixit , de suo transfuderit in dominium sanctæ DEI GENITRICIS MARIAE.

L. Quod etiam translator animaduertens , reduxit cum in Eptaticum , miraculo <sup>a hoc est, pon-</sup> inleuitatis conuerso in <sup>derositatis, se#</sup> miraculum , illatumque Oratorio , quod prænotatus miserabilis presbyter nefanda pollutione profanauerat , & ideo sanctum corpus extulerat , & imposuerat vas lapideo , cuius usus accommodatus fuerat baptismo , super quo illud altare constructum dedicans , totam domum debita purificatione sanctificauit .

LI. Itaq; sanctorum numero sociatus B. Præsul VVicterpus , utpote sub altari , secundum Apocalypsin B. Ioannis Euangelistæ , Martyrum C H R I S T I collocatus , propter exilitatem tamen loci , & imperitiam sacerdotij , nondum dignè est glorificatus . Quidam enim nec depositionis eius diem hactenus agnouerunt , cum apertere legatur in vita S. Magni , quod obierit in quarta decima die Kalendarum Maij .

LII. Ex hac imperitia , vel incuria processisse puto , quod Hartmannus presbyter Eptatici , idemque Præpositus apud Augustam Canonicorum S. Mauritiij , sacrilegium non timuit in libris B. VVicterpi committere ; vnde eum & lumen oculorum contigit amittere . Verum de hoc magna D E I miseratio , magnumque meritum S. Pontificis enituit : quod quamuis alienata volumina nec restituere , nec recompensare valuisset ; cum ex corde pœnitenti , & oculis lacrymosis D E O , suoque Confessori supplicando satisfecisset , præsente Herluca visum recepit , & gratias egit .

LIII. Quadam etiam vice corripuit ipsam Herlucam B. VVicterpus in visione , eo quod naturalem infirmi-

Z 3 tatem ,

*Lego S. Grego-  
rium in Refpō-  
sis ad Augusti-  
num Anglorū  
Episcopum lib.  
12. Regest.  
Epist. 31. quæst.  
11. & 3. Thom.  
3. p. q. 80. a. 7.  
a Altmünster  
in Bauaria.*

tatem, quamvis rarissimam, & breuissimam experta,

sanctuarium fuisset ingressa, licet missa à Domina Ha-  
deuuiga, pro re nescio qua; imposuitque ei ante introi-  
tum Oratorij tres Dominicæ Orationis recitationes, &

totidem geniculationes.

*Exempla hac  
sunt extraor-  
dinaria, nec  
trahenda in  
consequentiā.*

LIV. Pro simili delicto seuerius se vindicauit in qua-

dam sua Virgine Beatus Alto, à quo nomen est<sup>a</sup> Alto-  
nis monasterio: nec immeritò. Nam cùm ei per no-

turnam visionem interminatus fuisset, vt tali tempo-  
re chorum non intraret, si iudicium vltionis euadere  
desideraret, post primam, & nisi fallor, secundam ad-

monitionem inobediens reperta, in tenebras exterio-

res ad hanc vitam duntaxat pertinentes, missa est.

LV. Ex his coniectari potest, Respcionem B. Gre-

gotij Papæ ad Augustinum super infirmitate non fuisse

generalem totius Ecclesiæ regulam, sed specialem

solius Anglorum gentis in nouella Chri-

stianitate misericor-

diam.

F I N C I S.



CÆSAR